Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25953
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tore debito circa infructuosam arborem fodimur. Post
fossionem ut quid dicatur audiamus. Et mittam cophinum
stercoris. Id est cophinum stercoris. in memoria peccatorum.
Peccata enim carnis stercora uocantur. Unde et per propheta
dicitur. Conputruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quip
pe in stercore conputrescere. et carnales quosque in fetore
luxurie uitam finire. Nos itaque quotiens carnalem mitem
de suis peccatis increpamur. quotiens ad eius memoriam
uicia ante acta reducimur. quasi infructuose arbori
cophinum stercori uersamur. ut malae quae egit recolat.
et ad conpunctionis gratiam quasi de fetore pinguescat. Mittit ergo
cophinus stercoris ad radicem arboris.
quando prauitatis suae conscientia tangit memo
ria cogitationis. Cunque se per penitentiam ad lamentum mens
exercitat. cum quasi ad bonae operationis gratiam reformat
quasi per actum stercoris redit ad fecunditatem operis
radix cordis. plangit quod fecisse se meminit. displicet
sibi quale fuisse se recolit. intentionem contra se diri
git. atque ad meliora animum accendit. Ex fetore igitur ad
fructum reuiuiscit arbor. quia de considerationem pec
cati ad bona opera se resuscitat animus. Et sunt plerique
qui increpationes audiunt. et tamen ad penitentiam re
dire contempnunt. et infructuosi in hoc seculo dostant.
Si audiamus quid ficulneae cultor adiungat si quidem
fecerit fructum. sin autem in futuro succides eam. quia pro
fecto qui hic non uult ad fecunditatem pinguescere per